Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



tertiam lector ex ijdem causam primam et precipuam constructionis Monasterij Stambs clarius cognoscere. Nam cum dicta D. Elisabetha, certe una de numero prudentium Carolum Regem Neapolitanum et. tam inhumanum ergasse perspiceret, vt ne corpori quidem defuncti filii condignum honorem vt ipsa optaverat, impendere valeret; indignum rata, plures ibidem et in terra hostili pro eius corpore facere expensas, relicto corpore quamvis non sine graui cordis dolore reliquit, Christi in salutem animae ipsius commendit, et vt Deus aequissimus Judex huius adolescentis misereretur, delictorumque Juventutis suae et ignorantiarum obliuiscerentur, in eius honorem Monasterium aliquod voui fecit, in quo Fratres die noctuque in Dei laudibus existerent, non solum pro anima illius, sed et cunctae familiae suae, imo totius mundi delictis Deum placare studerent. Cum autem D. Elisabetha domum ad suos reuersa fuisset, hoc suum votum quod in Italia emiserat in patria complere studuit. Nam cum omnem voluntatemque eius Meinhardo marito suo indicasset, is non modo eam approbauit, sed et collaudauit, atque opem suam (quae et postmodum egregie prestitit) promisit. Eandem fundandi Stamsensis Monasterii ansam et occasionem, nempe Conradini necem fuisse, plures alii confirmant Auctores; quos infra ad c. XIV allegabo.

32) Mariquus Scr. Abbat. Monmund. in Nicolao.

33) Sartorius Cister. germ. tit. 26, e Notitiis Ebebacensibus.

34) Lebersorgus Chron. Stams. ad an. 1269. Vide supra Add. 31.

34) Instrumentum autographum ita sonat:

Cum inter multa incommoda, quae ex preuaricatione primi parentis defectum memorie incurrit posteritas successura nobilitas natura tale remedium adinuenit, videlicet vt acta presentis temporis ne in obliuionem deueniant scripture testimonio confirmentur. Qua consideratione commonitis ad singulorum notitiam volumus peruenire, quod nos Heinricus Comes de Eschenloch, et uxor nostra Lenhardis, dicta Nobilis de Nifen, quinque curias cum omnibus hominibus ad ipsas iure pertinentibus, vera comparatione, domino nostro et amico, M. Comiti Goericiensi ac Tirolensi, tradidimus pro una curia sita apud Berge penes uillam que Meis nominatur. quarum curiarum, una sita est apud Silts, et alia penes Heiming, et tres curie in valle Ertal. videlicet Walde due curie. et una curia que Twiselstein nuncupatur. Insuper adiimus dominum et Amicum nostrum. M. Comitem Goericie nos inde feodali sub hac interposita conditione

35) Burglehner l. 2. c. (Bruno) mit Graf Meinhard von Tirol, der Schwiegersohn Berchtolds von Andechs, wie von Tanfers, seines Stammes, gestiftet, eigenthümlich Schlosser den Berg und Ebne an, Lehen die Grafen von Abbe Hohnegg zu Lehen, doch unter Brixen und Tan

36) Burglehner l. 2. Gerich. (duo enim Burgraviatus ... nihil habent) MCCLXVIII. Indict. 2.